



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et  
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita  
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ  
purioris complectantur**

**Ferinarius, Johannes**

**Magdeburgi**

**VD16 W 3078**

Promissiones Legales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36195**

tenent consolationes ex Euangelio. Sicut dicitur: Visitabo in uirga iniquitates eorum, misericordiam meam non amouebo ab eis.

Quæ est interpretatio, addita comminationi i. Præcepti:

Visitabo iniquitates patrum, in tertiam, & quartam generationem:

Contra:

Deut. 24. dicitur: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro Patribus. Item: Ezechielis Filius non portabit iniquitatem Patris.

Ergo ista dicta pugnant.

Respondeo: Dictum in Deuteronomio est forte. Traditur enim Præceptum politico iudici de criminis delictis. Comminatio primi Præcepti, loquitur etiam de pœnis corporalibus, sed quas solus Deus excogitat, non Iudex Politicus, quia ipse intelligit huius peccati magnitudinem. Ezechielis uero dictum, est angelicum, proponit ἐπιτίμια, quam Euangelium addit Legi. Conuersis aufertur pœna æterna, & mitigantur corporales, etsi non prorsus auferantur.

#### PROMISSIONES LEGALES.

Sic argumentor:

Promissiones legis habent conditionem impletæ legis, sicut dicitur: Hoc fac, & uiues.

Nam

Nemo satisfacit Legi in hac corrupta natura hominum.

Ergo illae promissiones sunt inutiles.

Respondeo ad Maiorem: promissiones legis sunt ratae conuersis ad Deum, & credentibus, secundum *ἐπιτιμία*, quam Euangelium addit legi. Quia enim Deo illa inchoata obedientia renatorum placet, cui quamuis imperfecta, & inquinata, tamen tribuit hanc laudem, ut nomen eam impletionem Legis, Ideo etiam bona promissa in Lege rata sunt credentibus, sicut dicitur: Pietas habet promissiones praesentis, & futurae uitae.

### Contra:

Promissio dicit: Opes & Diuitiae in domo iusti.

Lazarus est iustus, & tamen est pauper

Ergo illae promissiones sunt inutiles.

Respondeo. 1. Omnes promissiones temporales, habent exceptionem castigationis & crucis. Quia Deus uult puniri peccata in omnibus, etiam in sanctis. Et arcano consilio Ecclesiam in hac uita, uult esse subiectam cruci.

2. Duplex est promissio corporalis.

Aut est de gratuita conseruatione totius corporis Ecclesiae, aut est de premijs, quae addita sunt bonis operibus iustorum. Promissiones sunt ratae uniuerso corpori, id est, toti Ecclesiae. Quia Ecclesia in hac uita seruat, etsi interea quaedam membra patiuntur. Singuli

Singuli tamen etiam reguntur à Deo, donec absol-  
rint curriculum, quod Deus eos vult perficere, & sic  
vult. Impetrant mitigationem calamitatum, & ex-  
riuntur præsentiam Dei.

Quid differunt promissiones, quas habuit  
Politia Mosaica, à promissionibus Ec-  
clesiæ noui Testamenti?

Politia Mosaica habuit promissionem in specie  
videlicet, Ecclesiam mansuram in certa sede, in Pala-  
stina, vsq; ad exhibitionem Messie. Ecclesia vero post  
destructionem Politiæ Israeliticæ, habet promissionem  
in genere, videlicet super futuram esse aliquam Eccle-  
siam in mundo, sparsam per diuersa loca, & imperpetuum  
sicut dicitur: Hoc facite, donec veniam. Et: Erunt  
cut in diebus Nohe, &c. Et simul illa ipsa promissio  
generalis, habet exceptionem castigationis & cruci-

## ENARRATIO SYMBO- LI APOSTOLICI.

Quid differunt ista vicina vocabula, Sym-  
bolum, & Symbola?

Symbola nomen femininũ, cum sit à  $\sigma\upsilon\mu\beta\omicron\lambda\omicron\iota\sigma$   $\sigma\upsilon\mu\beta\omicron\lambda\omicron\iota\sigma$   
usitate significat contributionem ad conuiuium, vel  
computationem, sicut exempla docent apud Scriptores  
græcos & Latinos. Nam usitata phrasia est Aristote-  
phanis:  $\pi\rho\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\upsilon\ \sigma\upsilon\mu\beta\omicron\lambda\omicron\iota\sigma$ , id est, poscere pecuniam  
competentem